tali videlicet modo quod si prius praefatum Nobilem Remigianum Sozanski Woronicz Recognoscentem Maritum quam praefatam Nobilem Annam Baraniecka Sui Recognoscentis Consortem de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Anna Baraniecka Consors sua bona generaliter omnia haereditaria obligatoria, mobilia et immobilia resque suprascriptas omnes morte eiusdem Mariti Sui derelictas cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis bonorum eorundem suprascriptarumque rerum Utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis, obuentionibus attinentiisque et pertinentiis quibusvis Universis tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete Utifruetur ad extrema duntaxat Vitae Suae tempora, post mortem vero eiusdem Nobilis Annae Baraniecka Consortis Suae extunc bona eadem suprascriptaque omnia ad Successores praefati Nobilis Remigiani Sozanski Woronicz Mariti Sui sine Ulla contradictione et impedimento Successorum praefatae Nobilis Annae Baraniecka coniugis Suae cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorumque omnium deuoluentur. Salua nihilominus EV

Załuska Kleszczowskie Condescendit.

805

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Generosa Alexandra de Lachow Drusianka, primarum olim Generosi Basilij Kleszczowski nuptiarum, secundi vero Matrimonij olim Generosi Adami Załuski consors relicta vidua, sana mente et corpore existens à Iuris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan.

E haereditate eo progressione bonor. Dworzyska nuncupato sibi Recognoscenti pleno in robore reseruata.

Premyslien. Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de causa et Actione Iudiciaria infrascripta per se Recognoscens Nobili Annae Szczawinska, primarum olim Nobilis Nicolai Dethowski, secundarum vero, olim nobilis Georgij Paszkowski, ad praesens vero tertiarum nuptiarum Nobilis Ioannis Francisci Szczawinski consorti legitimae, ratione Certae Vestis seu Vestes, alias osułnią białogłowską Atłasową fiałkową ze srebrnemi potrzebami sobolami podszyta, valoris florenorum Septingentorum, eidem in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Secundo sub tempus Turbulentum, ad fidele depositum datae et concreditae, ad Iudicia Tribunalicia Regni Lublinen. instituta et intentata, decretisque quibusvis et in Causa prolatis, processu Causae praefatae praemissa in se latius continente, tum et de eadem ipsa Veste seu potius Valore ipsius: cum omni eadem praemissorum Iure, proprietate, competentiaque et prerogativa quavis omnibusque et singulis Causae eiusdem atque processus Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis ac nexibus in Universum omnibus Vestis quoque praefatae Utilitatibus fructibus commodis generaliter omnibus nihil ex praemissis omnibus Iuris, proprietatis ac cuiusvis competentiae et prerogativae per se Recognoscens suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia ipsamet Recognoscens concernebant ac eidem legitime serviebant, Iam ex nunc et defacto Generoso Severino Kleszczowski Tribuno Terrae Braclavien. Burgrabio Lublinien. filio suo eiusque posteris, (accepta ab ipso pro praemissis omnibus

plenaria et sufficienti satisfactione:) cessit et condescendit prout praesenti cedit et condescendit, omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Severini Kliszczowski filij et Cessionarij sui eiusq successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout praesentibus transfert transfundit et incorporat: per ipsum Cessionarium suum et eius posteros, hoc idem Ius praesens cessum cum omni illiq competentia et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, causam eandem ratione praemissorum inchoatam continuandi processus quosvis Iuridicos instituendi et ad debitum executionis finem deducendi, hocq Ius praesens cessum Iuris medijs ex exigentia causae Vindicandi praemissaq omnia praesentibus cessa ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos Usus-fructus libere et effectualiter convertendi Inscriptionis praesentis Cessionariae Vigore

Feria tertia post Festum Assumptionis in Caelum Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 18/VIII

Mniszek Capne Sanocensis Humnickiey obligat. 806

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premysliensi. Magnificus Georgius Vandalinus de magna Konczyce Mniszek Sanocensis Sczerzecen. Dobrovecen. Capitaneus, sanus mente